

37 Quidam miles. cum dixit, feudum ceteri novum job nouas qualitates in noua inuestitura adiectas.

Feudum an presumatur hereditarium, vel potius ex pacto, & providentia?

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum hereditarium presumi, vna est Doct. opinio.
2 Prospicere sibi hereditibusque presumitur quilibet.
3 Feudum hereditarium dici, nomine heredis in inuestitura expresso.
4 Feudi natura est, vt ad suos tantum, non autem extraneos transeat.
5 Feudum venire in petitione hereditatis, quando verum sit. numero 6.
7 Feudum in dubio presumitur ex pacto, & providentia. Et ex quibus verbis in inuestitura positus ita esse appareat ad nu. 8. usque ad num. 16.

P R A E S V M P T. X C I V.

Differamus nunc, an in dubio feudum presumatur hereditarium, vel potius ex pacto, & providentia? Hac de re sunt Doctorum contrariae opiniones. quatum prima est, quod hereditarium presumatur. Hanc probant Isernia in c. 1. num. 1. ver. & quando conceditur. in tit. an agnatus, vel filius, & in c. 1. num. 9. & num. 10. de alien. feudi paterni. & aljs multis in locis Bald. in l. liberti, libertaque, vers. quarto de eo. C. de oper. liber. & in d. c. 1. an agnatus, vel filius, & ibidem Aluar. Castren. in d. c. 2. num. 18. & in d. c. 3. num. 9. lib. 1. Comenl. conf. 366. Alex. in d. c. 18. col. 3. & in d. c. 26. nu. 3. lib. 5. Soc. sen. in d. c. 357. col. pen. vers. tamen ostendo, lib. 2. Afflictus in prælad. feudo. nu. 99. qui hinc inde argumenta deducit, & tandem ait, nil in consilio Neapolitano fuisse decisum. Idem in c. 2. num. 24. de alienat. feudi paterni. Curt. iun. in d. c. 3. nu. 4. Rubeus in d. c. 18. in d. c. 84. num. 3. & in d. c. 85. nu. 4. Brun. in d. c. 8. nu. 14. Zafius in epitome feudorum parte 4. nu. 6. Pernus in d. c. 6. col. 9. & in d. c. 8. col. 3. Euerardus in centuria legali, in loco à feudo ad emphyteusim, col. 3. vers. inter alia.

Et ij quidem ea prima ratione moti sunt, quod quis in dubio censetur prospicere sibi, & hereditibus suis, si pactum, ff. de probat. & c. 1. de duobus fratrib. Est ergo perinde, ac si in cessione feudi expressum fuisset nomen heredis. Atqui quando heredis nomen expressum est in inuestitura, feudum dicitur hereditarium, vt tradunt permulti à me congesti in d. c. 104. num. 6. lib. 1.

Ergo etiam in dubio hereditarium presumitur. Verum huic argumento respondet Thomas Marinus in tract. feudorum, in tit. de feudo ex pacto, & providentia, num. 55. argumentum procedere respectu animi acquirantis, qui dicitur voluisse prospicere sibi, & hereditibus & ita procedit dicitur si pact. Secus verò est respectu animi concedentis, qui presumitur voluisse concedere solum pro se, & eius descendentes, secundum naturam feudi, quæ est, vt solum transeat ad suos, non autem ad extraneos.

Et hoc in casu declaratur d. l. si pactum, quæ locum non habet in his, quæ sui natura non transeunt ad extraneos heredes, sicuti declarat gl. ibi, quam in specie nostra secuti sunt Osafcus in d. c. 161. num. 12. in fine, & diximus supra in præsumpt. 47. dum declarauimus, quando acquiritur presumatur acquirisse etiam pro hereditibus.

Nec repugnat d. c. 1. de duobus fratribus, quia ibi expressè actum fuerat, vt feudum perueniret etiam ad hæ-

redes recipientis, sicuti declarat Osafcus in d. c. 161. num. 14.

Secundo, ea ratione alij vsi sunt, nempe, quod feudum venit in petitione hereditatis, vt inquit gloss. in l. item veniunt, ff. de petit. heredit. Et ergo hereditarium presumitur. Ita argumentatur Afflictus in prælad. feudo. num. 99.

Cæterum facile respondetur, quod tunc demum feudum venit in petitione hereditatis, quando apparet esse hereditarium, non autem hoc demonstrat, quod regulariter feudum presumatur hereditarium.

Secunda fuit opinio eorum, qui scripserunt, quod in dubio feudum presumatur ex pacto, & providentia. Hanc probant sibi parum constantes Bal. Isernia, Castren. & Alex. quos recitet Osafcus in d. c. 161. num. 12. qui pariter commemorat Iasonem, Decium, Bertachinum, Chastanzum, Afflictum, Brunum, Martellum, Curtium iuniorem, Ripam, Socinij iun. Pernam, Sigismundum Loffredum, Didacum, Parisium, Neuzantem, Gozadinum, Iulium Clarum, Modernum Parisiensem, & Beroum. Et his accedunt Ioseph Cumia in commentarijs ad c. si aliquem, in verbo, antiquis, num. 2. 9. & num. 134. Thomas Marinus in tractatu feudorū. lib. 1. in tit. de feudo ex pacto, & providentia, nu. 53. & nu. 55. Mynsingerius in Commentarijs obseruatio. centuria quarta, obseruatio. secunda, qui testatur Cameram Imperialem, ita iudicasse. Et prædicti quidem adducti sunt multis rationibus, & argumentis, quæ diligenter, & accuratè commemorantur ab Afflictio in præludijs feudorum, n. 97. ab Osafco in dicta d. c. 161. num. 5. & à Thoma Marino præcitato in loco.

Cæterum multa persæpe adiecta sunt in inuestituris verba, quæ dubitationem tollunt, atque ita significat feudum esse ex pacto, & providentia. Et primò quidè quando concessa est inuestitura pro se, & filijs, ac descendentes, feudum censetur ex pacto, & providentia. Ita Isernia in c. 1. num. 10. de alienat. feudi paterni, in cap. 7. num. 18. Qui successio, tenet, & in c. 1. num. 11. Quibus ex causis feudum amittat, & hæc est communis sententia, teste Dec. in d. c. 445. num. 8. & secuti sunt ex recentioribus, Thomas Marinus in tract. feudorum, in tit. 2. de feudo ex pacto, & providentia antiquo, nu. 75. ver. contrariam opinionem. Iulius Clarus in §. feudum, q. 9. vers. quandoque verò, & secundo, & Pistor in lib. 2. quæst. iuris cap. 1. nu. 18. Est ratio, quia nulla hic facta est mentio qualitatis hereditatis.

Secundò fortius idem est, quando dictum fuit pro te, & hereditibus tuis masculis, & adhuc dicitur feudum ex pacto, & providentia, sicuti scripserunt permulti à me congesti in d. c. 160. num. 40. & ibid. num. 71. quando fuit dictum, pro te, & cuncta generatione, & Pistor d. c. 2. & Pistor d. lib. 2. cap. 3.

Tertio idem est, quando dictum fuit pro te, & posteris tuis. Hoc etiam casu dicitur esse feudum ex pacto, & providentia. Ita Thomas Marinus in tract. feudorū. in tit. de feudo ex pacto, & providentia antiquo, nu. 68. post Baldum, Iserniam, Paridem Puteum, Alexandrum, Afflictum, Curt. Iun. & Pinellum. Pistor. in d. lib. 2. ca. 1. num. 19.

Quarto dicitur etiam ex pacto, & providentia, quando dictum fuit, pro te, & genere tuo, vt tenet Thomas Marinus præcitato in loco, nu. 68. & ibid. num. 71. quando fuit dictum, pro te, & cuncta generatione, & Pistor d. cap. 1. num. 2.

Quinto idem est, quando dictum fuit, concedimus tibi feudum gentile. Hæc enim verba significant feudum esse ex pacto, & providentia. Cum perinde sit, ac si diceret inuestiens ille, concedimus feudum gentis, generis, vel generationis, hoc est, agnationis. Hoc enim nomen, gens, agnationem significat, sicuti dicitur, gens Comes-

supra ff. de verborum significatio. & Tiraquei in tractatu de nobilitate, c. 2. nu. 54. & in tractatu de retractu con sanguin. §. 1. gloss. 6. num. 17. & scripti in d. c. 825. n. 67 lib. 9. Ex quo colligitur, masculos tantum ad huius feudi successione admittere, non autem feminas, quæ agnationem conseruare non possunt. Ita in specie scripserunt Isernia in cap. 1. num. 5. de successione feudi. Curt. iun. in tract. feudorum in 3. parte. quæst. 26. & Thom. Marinus in tract. feudorum in tit. 1. de feudo femineo num. 44.

Sexto idem est quando fuit concessum feudum relictum. Hoc etiam casu censetur ex pacto, & providentia. Cum feudum relictum dicatur ad differentiam feudi hereditarij, quod non dicitur relictum, & proprium, sed improprium. Ita Thomas Marinus in tractatu feudorū. in tit. 1. de feudo ex pacto, & providentia antiquo, num. 44. & 45. post Beluifium, Curtium, & Camerarium ab eo commemoratos. Et comprobatur, quia natura feudi relictus est illam ex pacto, & providentia, quæ sanè est, vt transeat ad descendentes in infinitum, nec alienari possit sine agnatorum consensu, sicuti tradunt Iacobus præludijs feudorum, nu. 82. Curt. iun. in tract. feudorū. in prima parte q. 8. num. 18. & Zafius in Epitoma de feudis, in vlt. part. num. 1.

Septimo idem est, quando dictum fuit, pro te, & pro hereditibus tuis. Hoc etiam casu dicitur feudum ex pacto, & providentia. Ita Thomas Marinus in tract. feudorū. in tit. 2. de feudo ex pacto, & providentia antiquo, nu. 70. post Iserniam, Paridem, Aluarotum, & alios. Pistor d. c. 1. nu. 22.

Octauo idem est, quando dictum fuit, pro te, & tuis. Hoc etiam casu esse feudum ex pacto, & providentia, scripsit Thomas Marinus præcitato in loco relictæ contraria opinione Alex. in d. c. 26. lib. 5. Ruben in d. c. 84. n. 3. & Pinelli in l. 1. in princ. n. 90. C. de bonis maternis. Pistor in d. c. 1. nu. 22.

Non idem est, quando dictum fuit, pro te, & descendentes tuis. Hoc etiam casu dicitur feudum ex pacto, & providentia, sicuti tradit Thomas Marinus præcitato in loco n. 74. qui vna cum Alex. in d. c. 18. n. 12. lib. 5. Curt. iun. in d. c. 3. n. 4. Afflictio in præludijs feudorū, nu. 98. & Pinelli in d. l. 1. nu. 90. Existimauit hoc carere probabili dubitatione.

Feudum relictum, & proprium in dubio presumi.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum relictum, & proprium presumi in dubio. Idque procedere etiam propria, & relictæ feudi natura alterata aut immutata. num. 2.
2 Feudum, pro quo annuus census præstatur, feudum non esse proprium.
3 Feudum emptitium, feudum improprie dici.
4 Feudo concessio, pacto adiecto, ut nullum præstetur seruitium, ab eius natura recessum dicitur.
5 Feudum concessum pro masculis, & feminis, improprie dicitur in eo quod ad feminas transeat.
6 Feudorum natura considerari potest dupliciter.
7 Feudi naturam, secundum regionis morem attendi potius, quam que secundum ius scriptum est.
8 Feuda propria in foro Iulij, & ea dici, pro quibus annuus census soluitur.
9 Feudum improprie censetur, si ex inuestitura verbis id appareat.
10 Feudi proprii natura repugnat alienandi facultas.

P. R. & S. V. M. P. T. XCV.

EST vera hæc iuris, & interpretum sententia, feudum in dubio presumi relictum, & proprium. Ita gloss. Baldus & Aluarotus in cap. 1. §. præterea. Quod sit inuestitura, & Thomas Marinus in tractatu feudorum, in tit. de feudo simplici & relict. nu. 3. & scripti in d. c. 1. num. 3. 12. & in d. c. 181. num. 7. vbi alios plures huius opinionis Doctores commemorat. Quibus accedunt Perna in d. c. 8. num. 10. Crau. in d. c. 624. & Doctissimus Antonius Sola in commentarijs ad Decreta Pe demontium, in tit. de feudis gloss. Rubrica, numer. 1. & Schraderus in tract. de feudis parte 2. cap. 3. num. 103. Et quæ dicantur de natura feudi relictus, & proprii, copiosè scribit Thomas Marinus in tit. de feudo hab. propriæ naturam feudi.

Extenditur primò, vt locum habeat etiam si propria, & relictæ ipsa feudi natura, alterata atque immutata fuit. Nam & tunc quo ad reliqua retinet relictam, & propriam feudi naturam. C. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi. ibidem licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi censetur. Et manifestè respondit Romanus in d. c. 70. num. 2. quod licet feudum, pro quo præstatur census annuus, non sit propriè feudum, attamen si in aliqua dispositione feudi mentio facta est, intelligitur etiam comprehensum hoc feudum. Et Romanum secuti sunt Præpositus in proemio Feudorum col. 7. vers. & proinde, Decius conf. 193. nu. 5. Curtius iun. in tractatu feudorum in 1. part. q. 6. Crauet. in d. c. 373. num. 28. & in d. c. 472. nu. 18. Narra in d. c. 467. nu. 12. lib. 2. Thomas Marinus in tractatu feudorū. lib. primo. tit. 21. de feudis degenerantibus. Et in specie magis scripsit idem Thomas Marinus in tit. de feudo non habente propriam naturam feudi numero 7. hæc feuda dici, & non improprie nisi in his tantum, à quibus pacto est recessum à feudi natura. Ita quoque Modernus Parisiensis in commentarijs ad consuetudines Parisiensis, in tit. 1. §. 30. nu. 100. in fin. dixit quod et si feudum emptitium est feudum improprium, ob id, quod est contra naturam feudorum, quæ gratuito solent concedi, attamen in reliquis retinet naturam feudi, & feudi nomen, & dicitur (ait ille) verum feudum, & regulatur in omnibus tanquam feudum.

Idem est, quando feudum concessum est, sicuti dicto pacto, quod nullum seruitium præstetur. Nam & tunc remanet feudum, et si à feudi natura in eo recessum est, vt seruitium non præstetur. Ita affirmarunt Baldus in l. 1. q. 6. ff. de rerum diuisione. Præpositus in proemio feudorum col. 6. vers. & proinde. Sigismundus Loffredus in d. c. 1. num. 177. Roland. in d. c. 1. num. 135. lib. 1. Siluanus in d. c. 42. num. 5. Philippus Decius, in d. c. 101. n. 74. & eruditissimus Molina Hispanus in libro 1. de Hispano. primogenit. c. 13. n. 15. Sic etiam quod feudum est concessum pro masculis, & feminis, & dicitur quidem improprium, quo ad id, quod transit ad feminas, in reliquis verò est proprium. Ita respondit in d. c. 400. n. 6. lib. 4. & idem consuluit Ioan. Baptista Ferrerius in d. c. 178. qui sic respondit de feudis Castri sancti Danielis patriæ Fori Iulij, concessis à Serenissimo Dominio Venetiarum, Gabrieli de Pithianis. De quibus quidem feudis cum esset controuersia inter ipsum Serenissimum Dominium, & Illustrissimum Patriarcham Aquileiensem, sic respondi, pro ipsa Serenissima Republica. Et præter iam dicta considerabam illa dici verè, & propriè feuda, cum non repugnent naturæ feudorum, secundum morem, & consuetudinem ipsius patriæ Fori Iulienfis. Natura enim feudorum considerari potest dupliciter, nempe secundum ius scriptum feudorum, & secundum mores, & consuetudines regionum. Ita declarat Thomas Marinus in tract. de feudis, in tit. de feudo non habente.



te propriam naturam feudi. num. 6. Et hæc quidem natura feudi secundum morem regionis attendi magis debet, quam illa, quæ est secundum ius scriptum, vt dicit Guido Papa in questio. 59. post Hostiensem, quem commemorat. Porro secundum morem ipsius regionis Fori Iulien. feuda etiam illa propria dicantur, pro quibus annuus census præstatur.

Declaratur hæc præsumptio, vt locum nõ habeat, qñ colligitur ex verbis inuestituræ esse feudum improprum, & non rectum. Ita tradit post alios Thomas Marinus in d. tit. de feudo non habente propriam naturam feudi. num. 4. Et ibidem nu. 5. subiungit exemplum, quãdo feudum est concessum pro se, & quibus dederit. Nam cum his verbis conceatur data alienandi facultas, id est repugnat naturæ feudi proprii, dicitur alterare ipsum feudum, & efficere illud feudum non rectum, & improprum. Id quod in specie responderunt etiam Curt. iun. in conf. 130. n. 7. Campegius inter consilia Brunii in col. 1. i. col. 2. & Crauet. in conf. 472. nu. 10. qui tamen aliud esse dixerunt, quando concessio facta est, pro se, & his, quibus legitime dederit. Reliqua exempla feudi improprii sunt apud Thomam Marinum præcitato in loco, & in duob. tit. sublequentibus.

Castrium an præsumatur à Principe infensatum, vel donatum, aut custodia traditum?

S V M M A R I V M.

- 1 Castrium causa custodia concessum præsumitur. Nisi titulus habilis ad transferendam dominium præcesserit, numero 4. Aut traditionis verba id significarent, num. 5. Dominij translatio non præsumitur in dubio. Clauium traditionem causa custodia factam præsumitur.

PRÆSUMPT. XCVI.

Contingit aliquando Principem concedere seu tradere alicui castrum, non expresso titulo quo tradit, quare dubitari solet, quo titulo, & modo tradidisse dicatur? Et præsumi traditum causa custodia respondit Brun. in conf. 87. num. 1. & 2.

Ea ratione moti sunt, quia vbi ignoratur causa traditionis, præsumitur causa custodia, cum dominij translatio in dubio nõ præsumatur. l. c. i. n. 4. ff. pro dote. & in l. sub conditione. in ff. de solut. Aret. in c. examinata, n. 18. de iudicij. Dec. in l. semper in obscuris, n. 7. ff. de reg. iur. & in l. si pascenda, num. 15. C. de pacis.

Huc facit quod scriptum reliquit Luc. de Penna in l. 3. præsumptione 29. C. de apochis public. libr. 10. Clauium traditioem præsumi factam causa custodia loci qui clauibus illis clauditur, & reseratur. l. dominus horreorum. ff. locati. & d. l. cum pater. S. pluribus. Idem sentit Iason in conf. 208. in fin. lib. 2.

Declaratur primò hæc doctrina, vt locum nõ habeat, quando præcessit titulus habilis ad transferendum dominium, vt si esset titulus venditionis, vel alius similis. Nam tunc præsumitur traditio facta causa transferendi ipsum dominium. Ita declarat Bart. in d. l. i. nu. 4. ff. pro dote. & in d. l. sub conditione. in fin. ff. de solut. Brun. in d. conf. 87. n. 1. Curt. iun. in l. cum quid, n. 17. ff. si cert. petat.

Declaratur secundo non habere locum, quando verba traditionis significarent translationem dominij, vt si princeps dixisset, do, assigno, vel alio simili verbo vteretur, sicut diximus supra hoc libro in præsumptio. 30. vbi de re data a patre filio, an præsumatur donata, vel in peculium concessa.

Castro in feudum dato, vel donato, vel vendito, quando iurisdictionis, & merum, ac mixtum imperium, concessum præsumatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Castro simpliciter à principe concessio, in quo aliqua iurisdictionis exerceri non consuevit, non præsumitur concessa iurisdictionis. Castro quod muro cingitur, dicitur. Territorium dicitur, id quod ex terra muro castri continetur. Separatum aut dimerisum concessio vno, non præsumitur concessum aliud. Castro à iurisdictione quid separatim esse. Territorium sine iurisdictione, & iurisdictionis nem sine territorio consistere. Accessorium translatione principalis, quando in continetur. Iurisdictionem non esse accessorium castro omnino coherens. Rescripta quibus iurisdictionis ordinarij alteri demandatur, strictè interpretari. Toto translato, consentur omnes ipsius partes translata.

Beneficia principum strictè interpretanda quando tertius laeditur.

- 14 Castro simpliciter concessio in quo iurisdictionis, & imperium exerceri consuevit, illa quoque concessio præsumitur. Castro cum iurisdictione concessio, merum imperium concessum præsumi. Dyni fuit opinio. Castro in limitibus imperij, sine principis licentia adificari vetitum esse. Concessionis à principe factæ verba latissime interpretanda sunt. Iurisdictionis nomine merum imperium demonstrari, significatione larga.

PRÆSUMPT. XCVII.

Beneficia principum late interpretantur, nisi strictè interpretatio à lege approbetur.

- 20 Beneficia principum non comprehendunt ea, quæ requirunt specificam mentionem. Imperium mixtum sui natura concessibile est, & delegabile. Genus idem quod species operatur. Iurisdictionis concessio generali, non concessum dici merum imperium, est opinio Baldi, Angeli & aliorum. Distinguit Felin. num. 32. Legem condere meri imperij est. Verba etiam in materia fauorabili, si possunt, in specie an sumenda sunt, num. 26.

Imperium merum ex regalibus esse. Regalia specialem requirunt concessionem. Regalium facta mentione in concessione aliqua, sermone etiam generali illa contineri.

- 30 Magistratum creandorum potestas iurisdictionis est. Imperium merum, venit appellatione iurisdictionis in genere. Castro, quod ciuitati subest, cum iurisdictione princeps concedendo, non præsumitur concedere merum imperium. Nisi tamen cum omni, vel tota iurisdictione concesserit, nu. 34. Castro cù iurisdictione concessio, si aliqua meri imperij princeps sibi reseruauit, reliqua præsumuntur concessa. Mandato procuratoris generali, quando comprehendantur etiã que speciale mandatum requirunt. Regalia iurisdictionis concessione contineri, casu quo aliqua reseruata sint. Castro concessio cum iurisdictione, & omnibus suis pertinentijs, dicitur concessum merum imperium. Castro concedens cum iurisdictione, quod ciuitati non subest, princeps etiam cum imperio præsumitur concessisse. Iurisdictionis solum exercitium in castro, siue in ciuitate princeps concedendo, præsumitur etiam merum imperium concedere voluisse.

Regalia concessio castro cum iurisdictione, non comprehenduntur.

- 42 Regalia persona principis adeo coherens, vt auelli vix ab ea possint. Castro vendens præsumitur aliquis, iurisdictionem persona coherens non præsumitur vendidisse. Nisi tamen præcij quantitas id suadeat, nu. 45. Iura personalia, offibus persona coherens. Iurisdictionis coherens loco, eo vendito, & ipsa præsumitur vendita. Nisi præcij quantitas aliud arguat, nu. 47. Iurisdictionis in dubio castro coheret, & in eius venditione comprehenditur.

PRÆSUMPT. XCVII.

Præregia est quæstio, quæ præcedentibus annectitur, an, & quando concessio castro in feudum, vel etiam donato vel vendito, præsumatur concessa iurisdictionis, merum, ac mixtum imperium. Disputationem hæc & si non leuissimè, & diligentia absolui, dam obsecrissimam iurisdictionem translationem, pro suggestione meis enarrarem auditoribus. Non grauior tamen hic commemorare præcipua, quæ rei nostræ conueniunt. Hic itaque distinguendi sunt aliquot casus, vt facilius omnia explicentur.

Primus itaque est casus, quando princeps concessit simpliciter castrum, in quo non consuevit exerceri aliqua iurisdictionis, in imperio. Sed ab ipso principe seu eius magistratibus iurisdictionis ipsa, & imperium castri exercabantur in tbe, cui castrum subiectum, & suppositum erat. Hoc casu princeps non dicitur cui ipse castrum translati se habet iurisdictionem, & imperium. Ita scriperunt Bald. in cap. 1. num. 7. de allodijs in vrbis feudorum. Corn. in consil. 189. col. 1. lib. 4. Gaspar Valascus in l. imperium, num. 54. ff. de iur. iud. omnium iudicium, & ibidem Ioannes Longonallius, num. 204. Paris. in consil. 8. num. 4. & in consil. 9. num. 14. & 18. li. 1. Modern. Paris. in commentarij ad consuet. Parisenses, §. 1. gloss. 5. nu. 44. & num. 47. versic. secus de his, & aperius Didic. Conar. lib. præd. qua. ff. cap. 1. num. 10. versic. 10. conc. ul. & c. & in versic. primini etenim & c. Idem manifestè docuit Alcia. in d. l. imperium. num. 103. versic. breui et.

Et ratione, & argumento adduci sunt, quia castrum traditur, quod muro cingitur, sicut communis extat loquendi vsus, vt testantur Oldradus in consil. 121. num. 7. & clare ad rem Pontan. in commentarijs ad consuetudines Blesenses. art. 65. §. 20. col. 3. versic. 2. in vocabulorum, sic, & territorium requirunt, quod extra muros castri continetur. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum signific. Et ideo iurisdictionis, ac imperium sunt quid sit parata ab ipso castro. Ergo concessio castro, non dicitur concessa iurisdictionis. Cum concessio vno ex separatis, & diuersis, non præsumatur concessum aliud. Ita arguit gloss. in cap. 1. de capit. qui curiam vendidit. Et hoc quidem confirmatur secundo auctoritate eorum, qui scriperunt, castrum esse quid separatum à iurisdictione. Cum iurisdictionis possit esse vnus, & castrum alterius. Ita Baldus in cap. 1. §. contrario. de inuestitura de re aliena facta. Oldrad. in dic. consil. 121. num. 9. Castr. in consil. 56. Videtur dicendum. lib. 2. Alexand. in consil. 76. col. 2. lib. 2.

Imo territorium potest esse sine iurisdictione, & contra iurisdictionis sine territorio. Bart. in l. i. col. vlt. ff. de iurisdictione omnium iud. Decius consil. 483. col. vlt. Et inquit Bald. in l. data opera. nu. 29. C. de accusatio. iurisdictionem esse qualitatem quãdam à castro, & feudo separatam, & quid extrinsecum, Et castrum nil commune habere cum iurisdictione scriptis Socin. Sen. in l.

in princ. num. 27. ff. de acquir. poss. & in consil. 15. nu. 2. & in consil. 95. num. 9. lib. 3. Et rursus iurisdictionis prædicta comprobantur, quod in factibus significandibus translationem iuris de vno in aliud, accessorium suo principali non omnino coherens, & quod ab eo diuidi potest, non continetur in translatione principalis. l. quoties. ff. contrahend. empt. l. vlt. ff. de suppellect. leg. & l. 2. ff. de fundo instructio. Et si ergo concedimus, iurisdictionem esse quid accessorium ad castrum, attamen non est accessorium omnino coherens. Non ergo concessio castrum, dicitur concessa iurisdictionis. Præterea & quarto accedit, quod cum castrum quo ad iurisdictionis administrationem subicit ciuitati agitur de præiudicio ipsius ciuitatis, cuius potestas immittitur, & propterea iurisdictionem est strictè interpretatio, sicuti dicimus in rescriptis, quibus iurisdictionis ordinarij alteri mandatur, quæ strictè interpretantur, ob id quod laedunt ordinarij potestatem, & iurisdictionem. Ita gl. & Dd. in c. 1. de rescr. in 6. & ad rem nostram tradit Curt. iun. in l. imperium. num. 42. ff. de iurisd. omn. iud.

Non obstant nunc rationes, & argumenta, quibus contrariam opinionem probantur Rom. in l. 3. in princ. n. 9. ff. de acq. poss. & in consil. 444. n. 7.

Et primò motus est Roma. l. 1. §. cum vrbem. ff. de officio præfati vrbis. Verum faciliè respondetur, ibi concessam fuisse administrationem vrbis cuius iurisdictionis ipsa coherere. Non ergo mirum si translata dicitur iurisdictionis, cum translato vno toto censentur translatae omnes eius partes, arg. l. qui vsum fructum. de verbor. oblig.

Secundo adductus est Romanus eo argumento quod iurisdictionis coheret administrationi, quam quis habet causa, & ratione territorij. l. vlt. C. vbi & apud quem in integritate statuto peten. & l. vlt. C. de fundis limitrophis. lib. 11. At qui concessa te principali consentur tributa etiam ea, quæ illi coherere. l. cre ditor. §. vltim. ff. de actio. empt. l. vxorem. §. legauerat, de leg. 3. & l. prædij. ff. de fundo in stru. Ergo concessio castro dicitur etiam concessa iurisdictionis.

Ceterum respondetur etiam dictis supra, vbi demonstrauimus, castrum sui natura annexam non habere iurisdictionem, quæ ita ei non coherere. Nec iura illa allegata à Romano probant, cum loquantur illis in casibus, in quibus lex clare voluit castrum coherere iurisdictionem. Et in casu nostro præsupponimus iurisdictionem non coherere huic castro, cum subicit ciuitati, & ab eius magistratibus moderetur.

Tertio sic est argumentatus Romanus. hoc verbum castrum, seu territorium significat vniuersitatem quandam. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum significatione. At qui cum vniuersitate transeunt ea, quæ alioqui in actu singulari non transeunt. le. in modicis. ff. de contrahend. emptio. & l. quædam. ff. de acqu. rerum dom. Ergo in concessione castri, & territorij dicitur contineri etiam iurisdictionis.

Verum respondetur, territorij nomen significare vniuersitatem respectu sui nominis, hoc est quoad prædia, quæ & ipsa terræ dicuntur, d. §. territorium, sed non significat iurisdictionem, quæ non est ex eadem materia, sed diuersa.

Quartò hanc opinionem (inquit Romanus) probat ratio illa, qua dicimus beneficia principum esse latissime interpretanda. l. vlt. ff. de constit. princ. l. donationes quas Diuus. C. de don. inter vtrum & vxor. & l. hac saluberrima. C. de præpositis agent. in reb. lib. 12. Ergo dicendum est, principem concedere voluisse castrum cum ipsa iurisdictione.

Respondetur primò, beneficia principum non late, sed strictè interpretari, quando tertius laeditur, vt declarat post alios Ias. in d. l. vlt. ff. de constit. princ. sed hic laeditur